Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarius de tempore - Cod. Aug. perg. 13

[Reichenau ?], [13. Jh.]

Dominica XII. post octavam pentecosten; Secundum Marcum [= 7,31-37]. Omelia venerabilis Bede presbyteri de eadem lectione.

urn:nbn:de:bsz:31-41548

Visual Library

ipsis habere se existimant. aut si si
bi datum desuper credunt. prius se acce
pisse meritis putant. aut certe cum
iactant se habere quod non habent.
aut despectis ceteris singulariter ui
deri appetunt. habere quod habent.
Phariseus iste iac III.
tantie peste laborasse depre
henditur. Qui idcirco de templo
absque iustificatione descendit. quia
bonorum operum merita sibi quasi sin
gulariter tribuens. oranti publicano
se pretulit. Ieiuno bis in sabbato. de
cimas do omnium que possideo. Eze
chiel propheta de ostensis sibi celi anima
libus scribit. Et totum corpus plenum
oculis in circuitu ipsorum quatuor.
Corpora quippe animalium idcirco ple
na oculis describuntur. quia sanctorum actio
ab omni parte circumspecta est. bona
desiderabiliter prudens. mala soller
ter cauens. Sed nos sepe dum in a
liis rebus intendimus. fit ut alia ne
gligamus. Et in negligimus. ibi pro
culdubio oculum non habemus.
Ecce phariseus IIII.
ad exhibendam abstinenti
am. ad impendendam misericordiam. ad refe
rendas deo gratias oculum habuerat. sed
ad humilitatis custodiam non habebat.
Et quid prodest quod contra hostium insi
dias pene tota ciuitas caute custo
ditur. si unum foramen apertum relinquitur.
Et publicanus a longe stans. nolebat
nec oculos ad celum leuare. sed percutie
bat pectus suum dicens. Deus propitius esto
mihi peccatori. Dico uobis. descendit
hic iustificatus in domum suam ab illo.
Quantam fiduciam uenie digne peni
tentibus prebet. quod publicanus qui
reatum sue nequitie perfecte cognouit.
fleuit. confessus est. et si iniustus ad
templum uenit. iustificatus a templo
rediit. Typice autem phariseus. iude
orum est populus. qui ex iustificationibus le
gis extollit merita sua. Publicanus
uero gentilis est. qui longe a deo po
situs peccata sua. Quorum unus super
biendo recessit humiliatus. alter
lamentando appropinquare meruit
exaltatus. quia omnis qui se humiliat ex
altabitur exaltat humiliabitur. et qui
se humiliat exaltabitur. Et de utroque
ipso populo et de omni superbo et
humili recte potest intelligi. Sic
et illud quod alibi legimus. Ante
ruinam exaltabitur cor. et ante gloriam
humiliabitur. DOM. XII.
POST OCT. PENT.
In illo tempore. Secundum Marcum.
Exiens Ihesus de finibus Tyri. ue
nit per Sydonem ad mare Galilee. in
ter medios fines decapoleos. Et
adducunt ei surdum et mutum. et

...lla
...omnipotens sempiterne deus,
...habundantia pietatis
...e in merita supplicum
...edis uota, effunde
...per nos misericordiam tuam
...dimittas que consci
...tia metuit, & adicias
...oratio non presumit. per

& deprecabantur eum ut imponat illi ma
num. Et apprehendens eum de turba
seorsum, misit digitos suos in auricu
las ei. & expuens tetigit linguam eius.
Et suspiciens in caelum, ingemuit & ait
illi. Effeta, quod est adaperire. Et stati
apertę sunt aures eius, & solutum est uincu
lum linguę ei. & loquebatur recte.
Et precepit illis, ne cui dicerent. Quan
to autem eis precipiebat, tanto magis plus
predicabant. & eo amplius admiraban
tur dicentes. Bene omnia fecit. & sur
dos fecit audire. & mutos loqui.

OMEL. VEN. BEDE PBRI.

De eadem lectione.

SURDUS ISTE & mutus quem mirabiliter curatum a domino cum euangelium legeretur audiuimus, genus designat humanum. in quibus ab errore diabolicę deceptionis diuina merente gratia liberari. Obsurduit namque homo ab audiendo uitę uerbo, postquam mortifera serpentis uerba contra dominum tumidus audiuit. Mutus a laude conditoris effectus est, ex quo cum seductore colloquium habere presumpsit. Et merito clausit aures ab audienda inter angelos laude creatoris, quas ad audienda eiusdem creatoris uituperationem sermonibus hostis incautus aperuit.

II

Merito clausit os a predicanda cum angelis laude creatoris, quod uelut ad meliorandum eiusdem opus creatoris, cibi uetiti preuaricatione, superbus impleuit. Et heu miser humani generis defectus, quod in radice uiciorum germinauit uiciosius multo dilatari cepit in propagine ramorum, ita ut ueniente in carne domino, exceptis paucis fidelibus, totus pene mundus ab agnitione & confessione ueritatis surdus erraret & mutus. Sed ubi habundauit peccatum, superabundauit gratia. Venit namque dominus ad mare galileę, ubi nouerat egrotare quem sanaret. Venit super gentem pietate ad turbida & instabilia gentium corda, in quibus nouerat esse qui ad suam gratiam pertinerent.

III

Bene inter medios fines decapoleos ad mare galileę, ubi egrotum sanaret uenisse dominus perhibetur, quia relicto ob perfidiam ipso populo qui decalogi mandata acceperat exteras uenit ad gentes, ut sicut iohannes ait, filios dei qui erant dispersi congregaret in unum. Et adducunt ei surdum & mutum, & deprecabantur eum ut imponat illi manum. Quia ipse surdus saluatorem agnoscere mutus rogare nequibat, adducunt eum amici & pro eius salute domino supplicant. Sic nimirum sic in spiritali necesse est curatione geratur, ut siquis industria

humana · ad audiendum confessionemque ueritatis conuerti non potest · diuinę pietatis offeratur aspectibus · atque ad sanandum eum supernę manus flagitetur auxilium ·

Non tardat celestis medicina ubi medici si tamen peccantium non hesitat · nec deficit oratio · Unde statim subinfertur · Quia apprehendens egrotum ihesus de turba seorsum misit digitos suos in auriculas · et expuens tetigit linguam eius · Digitos quippe in auriculas ut audiat mittit · cum per dona gratię spiritalis dum non credentes ad audiendum sui uerbi conuertit · Expuens linguam muti ut loqui ualeat tangit · cum per ministerium predicationis rationem fidei quam confiteri debeat prestat · Per digitos namque domini spiritus sancti dona significari et ipse docet dicens · Si ego in digito dei eicio demonia · Quod alius euangelista manifestius ponit · Si ego in spiritu dei eicio demonia · Et psalmista uero ait · Quoniam uidebo celos opera digitorum tuorum · idem uidebo sanctos non suę merito uirtutis · sed tui munere spiritus a terrenis suspensos · et celesti factos conuersatione sublimes · Sputum quoque capitis et oris domini uerbum est euangelii · quod ex inuisibili diuinitatis archano sumptum · uisibiliter mundo ut sanari posset ministrare dignatus est ·

Dominica · xiii · post oct pentecostes ·

Secundum Lucam

In illo tempore · Dixit dominus ihesus discipulis suis · Beati oculi qui uident quę uos uidetis · Dico enim uobis quod multi reges et prophetę uoluerunt uidere quę uos uidetis et non uiderunt · et audire quę auditis et non audierunt · Et ecce quidam legis peritus surrexit · temptans illum et dicens · Magister · quid faciendo uitam ęternam possidebo · At ille dixit ad eum · In lege quid scriptum est · Quomodo legis · Ille respondens dixit · Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo · et ex tota anima tua · et ex omnibus uiribus tuis · et ex omni mente tua · et proximum tuum sicut te ipsum · Dixit autem illi · Recte respondisti · hoc fac et uiues · Ille autem uolens iustificare se ipsum · dixit ad ihesum · Et quis est meus proximus · Suscipiens autem ihesus dixit · Homo quidam descendebat ab ierusalem in iericho · et incidit in latrones · Qui etiam despoliauerunt eum · et plagis impositis abierunt · semiuiuo relicto · Accidit autem ut sacerdos quidam descenderet eadem uia · et uiso illo preteriuit · Similiter et leuita · cum esset secus locum et uideret eum pertransiit · Samaritanus autem quidam iter faciens uenit secus eum · et uidens eum misericordia motus est · Et appropians alligauit uulnera eius · infundens oleum et uinum · Et im